



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

56. Universis, & singulis &c. Monitorium die 12. Januarii 1715. vigore  
specialis Chirographi Pontificii expeditum contra Abbatem Barbara &  
plures alios à Laicali Potestate Delegatos, qui ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo quinto, Indictione octava, die vero 12. mensis Januarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ XI. Anno decimo quinto.

Antonius Sabainus Locumtenens, & Judex Deputatus.

Paulus Fatius Curia Causarum Camera Apost. Notarius.

Die 5. Aprilis 1715. Elapsis terminis in antedicto Monitorio prefixis, aliisque servatis de stylo Curia servari solitis, contra omnes prefatos citatos Contumaces lata, & publicata fuit Sententia declaratoria incursum in omnes, & singulas censuras, ac penas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relexata, typis impressa, & conjunctis locis Urbis palam affixa fuit publicata Scheda Cedoloni nuncupata, qua universis Christianis fidelibus denunciati fuerunt Excommunicati vitandi, ac in eorum mortis privati Ecclesiastica Sepultura illi omnes, & singuli, contra quos prefata Sententia lata fuit.

VII.

## MONITORIUM

Die 12. Januarii 1715. vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra Abbatem Barbara, & plures alios à Laicali Potestate Delegatos, qui Ecclesiasticum Interdictum Civitati, & Diocesi Catanensi appositum violari fecerunt, illud observantes diversimodè vexarunt, alios ad ejus violationem compulerunt, interdictas Ecclesias per vim aperiri curarunt, multaque alia impia ibidem attentarunt in contemptum Censurarum, & Ecclesiasticarum, ac Apostolicarum auctoritatis.

Nicolaus Archiepiscopus Thebarum, Pontificii Solii Assistent, Curia Causarum Camera Apostolica Generalis Auditor, Romanæque Curia Judex Ordinarius; Sententiarum quoque, ac Censurarum tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latorum, ac Literarum Apostolicarum quarumcumque Universalis, ac merus Exequutor, nec non Judex à Sanctissimo Domino Nostro Papa in infrascripta Causa per speciale Chirographum Deputatus, ac Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, Parochialiumque, & Collegiarum Ecclesiarum Rectoribus, seu earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentis nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino &c.

§. 1. Noveritis, quod hac infrascriptâ die comparuit coram Nobis Perillustri, & Excellentissimo Domino Nicolaus Jacobatus Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ejusque Reverendæ Camera Apostolicæ Generalis Procurator Fiscalis, & exposuit instetisse jam sub hac eadem die, ut ad canonicarum penarum executionem serv. serv. procederetur tam contra Violatores Immunitatis, Jurisdictionis, ac Libertatis Ecclesiasticæ, quam contra Mandantes Compulsos, Consultos,

Instigatores, & cæteros omnes, qui quoquo modo directè, vel indirectè suam damnabilem operam contulerunt, ne Interdictum Ecclesiasticum jussu præfati Sanctissimi Domini Nostri in Civitate, ac Diocesi Agrigentina appositum observaretur. Cum autem eadem prorsus Sacrilegæ Violationes, & Compulsiones etiam in Civitate, ac Diocesi Catanien. pari Interdicto suppositis commissæ fuerint, instet in eos similiter, quorum culpâ illic ejusmodi scandala contigerunt, juxta Canonicas Sanctiones procedi, ac jus, & justitiam ministrari. Hunc autem in finem factorum seriem referendo narravit, quod postquam idem Sanctissimus Dominus Noster Papa per Literas Apostolicas in forma Brevis datas ex Arce Gardulphi Albanen. Dioc. sub die 17. Junii 1713. quæ in Civitate, ac Diocesi Catanien. subindè publicatæ fuerunt, apertè declaraverat Interdictum Generale in Civitate, ac Diocesi prædictis per Illustrissimum, & Reverendissimum DD. Andream Episcopum Cataniensem in actu, & occasione suæ violentæ expulsionis à Regno Siciliae jussu Laicalis Potestatis sacrilegè perpetratæ, de speciali mandato, ac ordine Sanctitatis Suae fuisse legitime appositum, & quatenus opus esset, illud ipsimet Apostolicis Literis expresse confirmaverat, ac ab omnibus inviolabiliter observari mandaverat ejusdem Interdicti observantia, quæ prius illic intermissa fuerat, feliciter restitui, ac apud omnes ferè Ecclesiasticos resurgere cœpit.

§. 2. Quod tamen iniquo ferens animo Laicalis Potestas, debitam Ecclesiasticis Censuris, ac Pontificiæ auctoritati obedientiam omni conatu, subvertere aggressa fuit, evulgatæque primùm famâ, quod omnia Ecclesiasticorum Interdictum levantium bona Fisco addicenda essent, subindè, nempe die 26. Octobris ejusdem anni, ad expeditionem devenit Sacerdotis Francisci Barbara Abbatis S. Lucie nuncupati, cui, tanquam Assessorem adjunxit Ignatius Perlongum, eosque cum omnimodâ facultate aperendi Ecclesias interdictas, ac in ipsis Divina Officia celebrari faciendi, perinde ac si Interdictum (licet Apostolicâ auctoritate confirmatum) non adesset, è Panormitana Civitate ad Cataniensem Diocesim turmis Militum constipatos delegavit. Qui quidem Franciscus Barbara, & Ignatius Perlongus, statim ac Cataniensem Diocesim ingressi fuerunt, primùm in Oppido Leonis Fortis sub die prima Novembris prædicti anni 1713. Sacerdotem Antonium Bonfignore Vicarium Foraneum ejusdem Oppidi, minis adhibitis, interminatæque illi nedum contumeliosæ ad pedes Laicalis potestatis delatione, verum etiam ejectione in exilium à toto Regno, temerè cœgerunt ad Sacrosanctum Missæ Sacrificium publicè inibi celebrandum, ac Edictum promulgandum, quo præfati loci Clerum ad eandem Sacrorum celebrationem impelleret.

§. 3. Iter deinde progredientes, ad Civitatem nuncupatam Paternò ejusdem interdictæ Diocesis perrexerunt, iisdemque violentis mediis Ecclesias illic aperiri fecerunt; Cumque demùm Cataniam pervenissent, ibi primùm evulgarunt, ac palam edixerunt Sæculetam potestatem enixè velle, ut suis mandatis, non autem Ecclesiastico Interdicto, obedientia præstaretur, tantoque Militum apparatu ingentem omnibus illis Ecclesiasticis metum iniecerunt. Quibus peractis memoratus Abbas Barbara Epistolium, seu Billectum quoddam Joanni Baptistæ Parisio Canonico Thesaurario Ecclesiæ Catanien., & Vicario Generali illius Episcopi tradidit, in quo asserbatur Interdictum, tanquam nullum à Delegato præfensæ Monarchiæ declaratum, non esse observandum, Bullis Apostolicis non obstantibus, quatenus juxta præfensæ Regni Privilegia inibi executoriæ, seu appro-

Et quatenus opus esset, illud confirmavit.

Narrantur execrabilia attentata Laicalis Potestatis, ne Interdictum observaretur, & gesta ab eisdem delegato Abbatibus Barbara.

Alia attentata ejusdem Delegati.

Summus Pontifex declaravit Interdictum fuisse legitime appositum Civitati, & Diocesi Catanien.

ntè appo-  
tum Civitati,  
& Dioecesi  
Catanien.

Et Vicarii  
Generalis Ca-  
tanien.

batae non forent, pluraque alia continebantur Apostolicae Sedi praedjudicialia. Ipse vero Vicarius Generalis Joannes Baptista Parisius jam pridem assertae Monarchiae adhaerens, & contra Sanctam Sedem, propriumque Episcopum male animatus, hoc Epistolum, seu Billectum in Literis encyclicis per universam Dioecesim missis transcripsit, quibus omnes Dioecesanos ad obedientiam Laicali potestati praestandam, ac interdictum violandum incitavit.

§. 4. Interea praefatus Abbas Barbara animo forsitan reputans, quam turpia, ac indigna nedum Ecclesiastico, verum etiam Christiano homine ea essent, qua in Civitate, ac Dioecesi Catanien. gerebat, conscientiaeque, ut credere par est, stimulis actus, commisionem suam subdole, actutisque modis exequi satagebat: Curavit enim memoratum suum Epistolum praefereens corpus delicti laesionis Immunitatis, Jurisdictionis, ac Libertatis Ecclesiasticae, de manibus praedicti Vicarii Generalis repetere, illudque facile sibi reddi obtinuit, postquam tamen vigore ejusdem Epistolii per universam Dioecesim divulgati, ac mediante assidua, strenuaque opera praedicti Vicarii Generalis, affectus jam fuerat, ut Ecclesiae tam Civitatis, quam Dioecesis aperirentur, ac ferè ubique Divina Officia publice celebrarentur. Iniquis nihilominus tam praedicti Abbatis Barbara, quam ipsius Vicarii Generalis mandatis constanter obstiterunt Patres Ordinis Cappucinatorum, quorum aliquos idem Delegatus Barbara ob Interdicti observantiam indignis, immeritisque poenis affectit: Etenim propterea misit Patrem Bernardinum de Jaci Guardianum Conventus Novi, Patrem Franciscum de Catania Guardianum Conventus Veteris Cataniae, & Patrem Benedictum de Mistretta Guardianum Conventus de Aderno: Iis omnibus, quae à praedicto Abbate Barbara gesta fuerunt suam quoque operam assidue consulit ejus, ut praefertur, Assessor Ignatius Perlongus, qui ulterius Episcopale Palatium perquirere ausus fuit, ac inde libros racionales Mensae Episcopalis ut iis ad malam finem abuteretur, abstulit, ac secum apportavit. Indicata jam superius fuit mala animi dispositio, quam ostendit Joannes Baptista Parisius Canonicus Thesaurarius, & Vicarius Generalis Cataniae: verius autem sui muneris, suique Episcopi Proditor. Hic porro inter alios excessus amovit duo exempla Brevis Pontificii, quo Interdictum confirmabatur, in Civitate Catanien. affixa, quorum altero usus fuit in capitulari Conciliabulo, in quo juxta votum ipsius, & Canonici Innocentii Roccaforte Bonadies, (qui post discessum Abbatis Barbara fuit similiter Delegatus assertae Monarchiae, ut inferius dicitur) conclusum fuit, ne idem Interdictum observaretur; Alterum vero exemplum penes se retinuit, ut illius publicationem impediret.

§. 5. Tentavit insuper hic informationes capere contra eorundem exemplorum Affixores: Consilium, operamque praestitit in assumendis secretis informationibus contra Episcopum: Administravit, & adhuc administrat jussu praedictae Saecularis potestatis bona sequestrata non tantum Mensae Episcopalis, sed etiam Patrimonialia ipsius Episcopi, à praedicationis munere suspendit Patrem Joannem Mariam de Piazza Definitorem Ordinis Cappucinatorum, tanquam Interdicti observantem, illumque unà cum aliis Religiosis ejusdem Familiae loci Piazzae, propterea quod Interdictum observarent, Cataniam advocavit, acrisque minis, ac injuriis affectit.

§. 6. Praeterea, cum Abbatissa, & Moniales Monasterii Sanctissimae Trinitatis Cataniae violentam earum Ecclesiae aperitionem, tanquam hu-

militer Interdictum servantes, praevissent, atque hac de causa à parte interiori etiam muris janua Ecclesiae providè obstruxissent, praefatus Parisius Vicarius Generalis, nec non memoratus Canonicus Roccaforte, & Nicolaus Ardizzone ad dictum Monasterium, & Ecclesiam accesserunt, oppositisque Repagulis Artificum operà per vim submotis, Ecclesiae portam aperire conati fuerunt; Sed adhuc prohibente pariete, infecta re, delusi recesserunt; de hoc tamen subinde certiore facta, atque consultà Laicali potestate, iidem post nonnullos dies ad eandem Ecclesiam rediere unà cum duobus Civitatis Juratis, Capitaneo justitiae, & quinquaginta circiter Militibus, & pariete, quo janua munebatur, everso, Ecclesiam aperuerunt. Ecclesiam insuper Monialium Sancti Benedicti eadem die per vim similiter aperuerunt.

§. 7. Ad haec Vicarius Generalis praefatus sacrilegè suo munere abuti pergens, licet ejusmodi facultate caretet, plures concessit Dimissoriales literas Ordinandis tam pro Minoribus, quam pro Sacris Ordinibus; plura etiam admisit Patrimonia aliàs ab eodem Episcopo, tanquam fictitia, rejecta, & reprobanda, ac super Interdictis sex, vel novem mensium dispensare non dubitavit. Ad instantiam praeterea Gubernatoris Messanae, absque ulla eidem facultate, Canonicatum contulit Joanni Baptista Privitera, prius ab Episcopo alteri Sacerdoti collatum. Post discessum Delegati Barbara, ejusque Assessoris Perlongi successit Delegatus assertae Monarchiae in Civitate, ac Dioecesi Catanien. praefatus Sacerdos Innocentius Roccaforte Bonadies Cathedralis Ecclesiae Catanien. Canonicus, memorato Vicario Parisio conjunctissimus, qui pariter inobservantiam Interdicti orani conatu, ac studio promovit. Hic etenim post reflexionem Brevis Pontificii, de quo supra mentio facta est, in capitulari Conciliabulo cum dicto Vicario Generali Parisio Votum protulit pro Interdicti inobservantia, Brevis Apostolico non obstantè. Quin etiam Rectorem Collegii Societatis Jesu, qui cum aliis Contradictentibus illuc convenerat, oneravit injuriis, ac infidi etiam Subditi notam illi inurere non erubuit. Praeterea cum Episcopus Catanien. saluti animarum sibi creditarum pro Pastoralis Officii debito consulturus scripsisset ab Urbe Capitulo, & Canonicis Literas, quibus, sanà doctrinà illis juxta Canonicas Sanctiones explicatà, eos paternè adhortabatur, ut censuras Apostolicas, quocumque contempto periculo, servarent: praefatus Roccaforte Delegatus copiam unius ex ejusmodi Epistolis, quam, uti Canonicus facile obtinuerat, Barbara, & Perlongo antedictis consignavit, & haec Epistolae consignatio impulsu dedit memoratae sequestrationi Bonorum Mensae, ac Patrimonialium ipsius Episcopi. Hic idem Roccaforte in exilium ejici fecit Patrem Joannem Mariam de Piazza Definitorem Cappucinum, & aliquot alios ejusdem Ordinis Religiosos, eosque extra Dioecesim in loca aëris insalubris relegari curavit. Misit insuper ad pedes Saecularis potestatis Praepositum Congregationis Theatinorum Civitatis Piazzae, cum illum ad Interdicti violationem flectere nequisset, Processit ad carcerationes, & exilia contra alios, ac praetertim omne adhibuit studium, ut in carcerem detruderetur Pater Robertus à Sanctissimo Rosario Congregationis Scholarum Piarum, postquam scilicet ei innovuit, quod idem Religiosus legitimè munitus facultate penitentibus violationis Interdicti absolutionem impertitus fuerat, exacto ab ipsis juramento de illud amplius non violando; Verum dictus Pater Robertus, cum sui perquisitionem rescivisset, Panormum aufugit, ac inde è Regno discessit unà cum P. Gesualdo à

clesias duorum Monasteriorum Monialium per vim aperti fecit.

Et plus alia iniqua, ac illicita perpetravit.

Canonicus Roccaforte Successor Barbaraè indignè persequitur Observantes.

Interdictum, & cooperatur sequestrationi duorum mensae & Patrimonialium Episcopi.

PP. Cappucini strenuè resistunt mandatis Delegati, & Vicarii Generalis, & propterea in exilium aguntur.

Ignatius Perlongus manus injicit in libros racionales mensae Episcopalis.

Vicarius Generalis affigit duo exempla Brevis Pontificii quo Interdictum confirmabatur.

Sequitur narratio aliorum attentatorum.

Vicarius Gen. ope aliorum Ec-

Referuntur alia vexatio- nes inflicte Observanti- bus Interdi- ctum.

Santa Agatha Sacerdote ejusdem Congregatio- nis, ac alio Religioso Laico, quibus injunctum fuerat, ut Sacerdos sequenti mane Sacrum publi- cè celebrare, & Laicus illi inservire deberet sub pena carceris.

§. 8. Interim verò Nicolaus Ardizone, videli- cet ille idem, qui cum Vicario Generali Parisio, & Delegato Roccaforte assistendo, violenter aperiri fecit Ecclesias præfatorum Monasteriorum, informationes assuebat in Civitate, & Dioecesi contra Episcopum, ac temerè, etiam potestatis Laicalis commissione supposita, perquisivit, dic- to Vicario Generali annuente, secretam Archi- episcopii Curia Episcopalis, ac sedulo percrutus fuit, si quid inibi ad gravandum Episcopum in- venire potuisset, Sacerdos Marius Rampello De- legatus præfatis Tribunalis Monarchia in Civi- tate Calascibetta P. Josepho Maria de Castro, Joanni Prædicatore Cappucino, & Fr. Andrea de Caltagotone Laico ejusdem Ordinis, eo quia Interdictum violare recusaverant, injunxit, ut longo itinere in temporis angustia Panormum proficerentur, & dicto præfatis Tribunali se præsentarent. Sacerdos Franciscus Gioeni Pa- rochus Ecclesie Sancti Cataldi ejusdem Castri Joan- nis, ac pariter Delegatus Localis dicti Tribunalis carceratos domi per plures dies retinuit Sacerdo- tem Vincentium Italianum Cappellanum, & Con- fessarium Monialium Monasterii Sancti Benedicti, ac Sacerdotem Michaellem Angelum Spalanga pa- riter Cappellanum, & Confessarium Monialium Monasterii de Gratià nuncupati ejusdem Civita- tis, propterea quod utriusque Monasterii Monia- les ex eorum consilio, ac pià directione Interdi- ctum constanter servabant. Sacerdos Franciscus Contrario Delegatus ejusdem præfatis Tribuna- lis in Terrâ Leonis Fortis circa initium mensis Julii nuper elapsi in exilium ejecit ob idem Interdictum servatum de Conventu præfata Terræ integram Fratrum Cappucinatorum familiam, vi- delicet Patrem Franciscum Mariam de Piazza Lectorem unâ cum ejus Discipulis, seu Studenti- bus, nempe Fratrem Hyacinthum de Scicli, Fra- trem Guadonem de Ragusa, Fratrem Gabrielem de Piazza, Fratrem Sebastianum de Melilli, & Fratrem Felicem de Melilli, quos relegavit in Conventum Terræ Boccherii Siracusana Dioecesis, Patrem Justum Mariam de Calascibetta, Pa- trem Dominicum Mariam de Castro Joanne, quos relegavit in Conventum Terræ Palazzuoli ejus- dem Dioecesis: Fratrem Angelum de Calasciber- ta, & Fratrem Bonaventuram de Leone Forti, quos relegavit in Conventum Terræ Ferla ejus- dem Dioecesis: Fratrem Angelum de Calasciber- ta, & Fratrem Bonaventuram de Leone Forti, quos alio dispersit, ac amandavit, Sacerdos Bal- thassar Ciraulo itidem Delegatus ejusdem asseri Tribunalis in Civitate S. Philippi in carcerem claustralem Fratrum Tertii Ordinis Sancti Fran- cisci conjici fecit ob eandem causam Patrem An- gelicum de Calascibetta Guardianum Conventus Cappucinatorum dictæ Civitatis Sancti Philippi, ubi eum per quindecim dies retinuit, ac postmo- dum consignavit Fr. Innocentio de Ferla Guardia- num Conventus Fratrum Minorum de Observan- tia Reformatorem ejusdem Civitatis, ut illum in carceribus Conventus custodiret, prout maximo cum rigore custoditus ibi fuit; Rebusque aliis in Processu, & Processibus Cause, & Causarum hu- jusmodi latius deductis, ad quos &c. prædicta omnia committentes, & temerè, ac sacrilegè pa- trantes contra immunitatem, jurisdictionem, & libertatem Ecclesiasticam respectivè cum violatio- ne Interdicti in dictâ Dioecesi Catanensi de Ordine Sanctissimi appositi, mandando, committen- do, compellendo, consulendo, intelligendo, & quomodolibet respectivè cooperando tam directè,

quàm indirectè, tam conjunctim, quàm divi- sim, & aliâs omni &c. singula singulis congruè referendo, non solum &c., sed & omni &c., & super quibus &c. Quamobrem ad instantiam, & pro parte præfati D. Procuratoris Ficalis fui- mus instantes, ac debite requisiti, quatenus de opportuno juris remedio providere, & Monitorium extra Romanam Curiam, & ad Partes ad legitime comparandum decernere, & concedere dignaremur. Quare præfata, & exhibitio Nobi- bus Chirographo manu ejusdem sanctissimi Domini Nostri die 30. elapsi mensis Novembris signa- to tenoris sequentis, videlicet:

*Monignor Arcivescovo di Tebe Auditore Generale della nostra Camera Apostolica. Essendoci da qualche tempo stato rappresentato dal Procurator Fiscale Generale della nostra Camera, che dai Processi di nostro ordine dal vostro Tribunale formati nelle materie del Regno di Sicilia risultino molti Violatori dell'immu- nità, giurisdizione, libertà Ecclesiastica, si come au- che molti Compulsori, Consultori, Instigatori, e Co- operatori alla violazione dell' Interdetto di nostro ordi- ne apposto nelle Diocesi di Catania, e Girgento tan- to Laici, quanto Ecclesiastici Secolari, e Regolari, ed essendo Noi stati sempre in speranza, che gl'atten- tati, che con tanto scandalo sono stati commessi, e si commettono in quel Regno contro gli Ecclesiastici Obser- vanti dell' Interdetto, e contro la giurisdizione della Santa Sede, avessero a cessare dopo tanti Brevi da Noi spediti in conferma dell' Interdetto, e dopo tante altre risoluzioni a quelli appartenenti; Ma non vedendo alcune respiscenza ne' Delinquenti, anzi più tosto sempre più inoltrarsi le cose in pregiudizio dell'autorità Pontificia, e perciò non potendo più tollerare turbative, e violazioni così sacrile- ghe, vogliamo, che si proceda onninamente alla tras- missione de' Monitorii contro tutti quelli, che da Processi formati sufficientemente risultarono Violato- ri, come sopra, Mandanti, Compulsori, Consulto- ri, Instigatori, ed in qualunque modo Cooperatori alla contravvenzione di detti Interdetti tanto diretta- mente, quanto indirettamente; E se bene Voi, & il vostro Tribunale, come Esecutore Generale delle let- tere Apostoliche, potreste procedere in questa Causa, e Cause in vigore delle vostre facoltà, nondimeno à maggior cautela di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra potestà assoluta, preferendo primieramente tutte, & singole altre ragioni, che in- torno à ciò potessero in qualunque modo, e tempo com- petere al nostro Fisco, avocando à Noi, in quanto faccia di bisogno, questa Causa, e Cause da qualunque Tribunale, Congregazione, e Giudice, & havendo qui per espresso il contenuto del Processo, o Processi fa- bricatis di ordine nostro, come se di parola in parola vi fossero stati inseriti: Con il presente nostro Chiro- grafo la commettiamo à Voi, & al vostro Tribunale nello stato, e termini nelli quali si trova con li suoi annessi, connessi, emergenti, e dependenti anche con la clausula quam, e quas, commendandovi es- pressamente, che dobbiate non solo in virtù delle vostre facoltà generali, ma anche in vigore di quelle, che vi concediamo con questo nostro Chirografo, procedere alla trasmissione de' Monitorii, e Citazioni contro tutti quelli, che da Processi nel vostro Tribunale for- mati sufficientemente risultarono indiziati per Violato- ri dell'immunità, giurisdizione, e libertà Ecclesiasti- ca, e Mandanti, Compulsori, Consultori, Instigato- ri, & in qualsivoglia modo tanto direttamente, quanto indirettamente Cooperatori all' inosservanza degl' Interdetti di nostro ordine apposti nelle Dioce- si di Catania, e Girgento, e contro qualsivoglia per- sona tanto Secolare di qualsivoglia grado, preeminen- za, e dignità, quanto Ecclesiastici, e Secolari, e Regolari di qualunque Ordine, Congregazione, Inf- lituto, & anche della Compagnia di Gesù, e quan-*

Tenor specia- lis Chirogra- phi Pontifici, quo Causa de- legatur a C.

Referuntur alia vexatio- nes inflicte Observanti- bus Interdi- ctum.

Referuntur alia vexatio- nes inflicte Observanti- bus Interdi- ctum.

tum

tunque si trattasse di *Consultori*, *Qualificatori*, & altri simili *Ministri del Sant'Offizio di quel Regno*, ed ogni altra persona di *Speciale*, *specialissima*, & *individua nota degna*, & insieme vi concediamo tutte le *facoltà di procedere a suo tempo contro li sudetti*, benché non nominati, e dichiararli incorsi in tutte, e singole *Censure*, che sono prescritte da' *Sagri Canoni*, *Decreti de' Concilii Generali*, e *Costituzioni Apostoliche*, senza pregiudizio di altre pene, che de *jure* competessero; Et affinché più facilmente possiate ciò eseguire, vi concediamo ancora la *facoltà rimossa ogni appellazione*, richiamo, ricorso, opposizione di nullità, etiam ex tribus, & altre ordinarie, & straordinarie, di poterli citare anche per *Editto*, costandovi anche sommariamente, & *estragiudizialmente*, e quanto vi parerà, che basti, del non tuto accesso, Volendo, e decretando, che il *Monitorio*, o *Monitorii*, che intorno a ciò si spediranno da Voi, e vostro Tribunale, assisti che saranno in *Roma alla Basilica di S. Pietro*, alla *Curia Innocenziana*, & in *Campo di Fiore*, & alle *Chiese Catedrali*, e maggiori delle nostre Città, e Terre, e Luoghi di *Terracina*, *Nettuno*, *Porto d'Anzio*, *Fiumicino*, *Civita Vecchia*, & *Ancona*, *vagliano*, & abbiano la loro forza, e vigore contro chi si sia, come se personalmente fossero stati citati, *moniti*, & *intimati*, derogando in quanto sia di bisogno a quell'effetto, e per questa volta solamente, alle *Costituzioni Apostoliche fatte*, & ordinate anche ne' *Concilii Generali*, e particolarmente a quelle delli nostri *Predecessori Bonifazio VIII. de una*, & *Innocenzo III. nel Concilio Generale Lateranense de duabus dietis*, & ogn'altra cosa, che facesse in contrario, ancorché avesse bisogno di *espressa*, *specifica*, & *individua menzione*, li tenori delle quali tutte, e singole vogliamo, che si abbiano qui per *espressi*, & *infern* di parola in parola, e che il presente nostro *Chirografo vaglia*, & abbia il suo pieno effetto, vigore, & esecuzione con la nostra sola *sottoscrizione*, benché non sia registrato nelli *Libri della nostra Camera*, né in alcun modo sia servata la forma della *Costituzione di Pio IV. parimente nostro Predecessore de registrandis*, alla quale perciò per questa volta sola deroghiamo, e che contro di esso non si possa in alcun tempo opporre di *obrezione*, o *subrezione*, mancanza della nostra volontà, & *intenzione*, né di qualsivoglia altro difetto, benché degno di *espressa*, *speciale*, & *individua menzione*, e che non si possa diversamente interpretare, o giudicare, dichiarando nullo, & irritato tutto ciò, che in contrario da qualunque persona scientemente, o ignorantemente si facesse, o si attentasse. Non ostante quanto a tutte, e singole cose premesse qualsivoglia *Costituzioni*, & *Ordinazioni Apostoliche*, *Concilii*, anche *Generali*, *Statuti*, *Ufi*, *Consuetudini*, *Decreti*, *Indulti*, e *Privilegii sotto qualunque forma*, e tenore, etiam con derogatorie di derogatorie, etiam concessi *motu proprio*, e per *rimunerazione di servizii resi alla Religione Cattolica*, & alla *Santa Sede*, e con qualsivoglia altre *clausule*, *decreti*; A quali tutti, e singoli, etiam di più volte confermati e benché ricercassero *speciale*, & *individua menzione*, havendo li loro tenori per *espressi*, di simil *motu proprio*, e *pienezza della nostra assoluta potestà*, espressamente per questa volta sola, e per gli effetti sudetti pienamente deroghiamo, perché tale è la nostra *espressa*, e determinata mente. Dato nel nostro *Palazzo Apostolico di Monte Cavallo* questo di 30. Novembre 1714.

## CLEMENS PAPA XI.

Petit, & summà cum instantià postulavit, sine prajudicio tamen procedendi suis loco, & tempore contra alios in presenti Monitorio non expressos, & in prajudicio, vel circa ea huc usque repertos, vel in posterum reperendos culpabiles tam ex causis prajudicis, quam cujuscum-

que alterius læsionis immunitatis, jurisdictionis, & libertatis Ecclesiasticæ, ac omnium, & singulorum jurum hæcenus quomodolibet, & quatercumque Fisco acquisitorum, & competentium suis loco, & tempore deducendorum, de quibus omnibus, & aliis de jure, & de stylo protestandis expressè protestatur, ita ut protestatio hujusmodi intelligatur facta, & repetita in qualibet parte harum nostrarum literarum Monitorialium, & in toto Processu desuper in posterum fabricando, & non aliàs &c. quatenus sibi literas Monitoriales ad Partes per Edictum publicum in locis in præinferto Chirographo designatis assignandas, exequendas, & publicandas, cum pro illis exequendis in Regno Siciliae tutus non pateat accessus, in formà solitâ decernere, & concedere, & aliàs de opportuno juris remedio providere dignemur.

§. 9. Nos igitur Nicolaus Archiepiscopus Thebarum Judex, Executor, & Auditor prædictus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam, & rationi consonam in vim ordinariæ nostræ auctoritatis, præinfertoque Chirographo Nobis, ut præfertur, præsentato in hærentes, ac etiam facultate in illo Nobis, nostroque Tribunale attributa utentes, constitoque Nobis per Testes fide dignos de mandato nostro jam examinatos ad dictum Regnum Siciliae, in quo moram trahunt, & morari solent citandi, & monendi, nostri præsentibus nostris Monitorialibus literis exequendis tutum non patere accessum, petitas literas Monitoriales concedendas, & in locis infradicendis exequendas, & publicandas fore, & esse duximus, & mandamus per præfentes: Quo circa vobis omnibus, & singulis supradictis, ac vestrum cuilibet in solidum tenore præsentium committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ strictè præcipiendo mandamus, quatenus visis iisdem præfentibus per præfens publicum nostrum Edictum in Romana Curia in Audiencia publicâ literarum contradictarum Sanctissimi Domini Nostri Papæ legen. & ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Curie Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, & extra eam in Confinibus Maritimis hujus Status Ecclesiastici, nempe in Civitatibus, Terris, & Locis Terracinae, Neptuni, Portus Antii, Flumicini, Civitatis Vetulæ, & Anconæ per affixionem, publicationem, & executionem ad valvas Cathedralium, & Majorum Ecclesiarum respectivè, ex parte nostrâ, imò verius Apostolicâ auctoritate pro nunc, & sine præjudicio facultatis procedendi suis loco, & tempore contra alios, ac etiam contra prædictos graviorebus penis repertos, vel reperendos culpabiles, quam facultatem Nobis expressè reservamus, supradictos Sacerdotem Franciscum Barbara Abbatem Sanctæ Lucia nuncupat. Ignatium Perlongo, Sacerdotem, & Canonicum Joannem Baptistam Parisum, Sacerdotem, & Canonicum Innocentium Koccaforte Bonadies, Nicolaum Ardizone, Sacerdotem Mariam Rampello, Sacerdotem Franciscum Gioeni, Sacerdotem Franciscum Contariero, & Sacerdotem Balthasarem Ciravolo citetis, moneatis, & requiratis, prout Nos eisdem harum serie citamus, monemus, & requirimus, primo, secundo, & tertio peremptorio termino, quatenus infra duorum mensium spatium, quorum priores viginti dies pro primo, alios viginti dies pro secundo, posteriores verò viginti dies pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac trinâ canonicâ monitione assignamus, & vos assignetis, debeant, & quilibet ipsorum, prout eos tangit, debeat Romæ in judicio coram Nobis, vel infra scripto Perillustri, & Excellentissimo Domino Antonio Sabaino Locumtenente nostro in Criminalibus Generali legitime comparuisse, & comparere ad deducendum, & al-

Monentur omnes præfati Hostes, & Violatores Interdicti, & Ecclesiasticæ Immunitatis ad comparandum &c. & illis congrui termini præfiguntur.

legan-

legandum causam, quare non debeat ipsos, & eorum quemlibet in omnes, & singulas Censuras, & penas in Sacris Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & praesertim in Bullâ die Coenae Domini quotannis legi, & publicari solita contentas, inflictas, impositas, & comminatas incidisse, & incurrisse declarari, ac sine praesudicio aliarum penarum in eos, vel eorum singulos irrogandarum contra illos, & illorum quemlibet literas quascumque desuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari, ac ad omnes, & singulos actus de, & super praemissis, & circa ea quomodolibet necessarios, & opportunos procedi, nec non respectivè ad videndum sese in Censuras, & penas huiusmodi incidisse, & incurrisse declarari; ipsique D. Procuratori Fiscali Generali jus, & iustitiam ministrari. Certificantes eisdem Sacerdotem Franciscum Barbara, Ignatium Perlongo, Sacerdotem, & Canonicum Joannem Baptistam Parisium, Sacerdotem, & Canonicum Innocentium Roccaforte Bonadies, Nicolaum Ardi. one, Sacerdotem Marium Rampello, Sacerdotem Franciscum Gioeni, Sacerdotem Franciscum Contariero, Sacerdotem Balthasarem Ciraulo, sic citatos, & monitos, quod si in dicto termino ipsis praefixo legitime non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, Nos, vel dictus Locumtenens Criminalis infra scriptus nihilominus, servatis terminis de stylo Curiae servari solitis, ad omnium, & singularum Censuram, & penarum praedictarum ( ultra alias de jure competentes reservatas ) incursum declarationem, & executionem, Cedulonorumque dictae excommunicationis relaxationem, affixionem, publicationemque respectivè, & ad omnia alia necessaria, & opportuna deveniemus, & procedemus, sive deveniet, & procedet iustitia mediante, eorum absentia, & contumacia non obstantè. In quorum fidem &c Datum Romae ex Magnâ Curia Innocentianâ Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo decimoquinto, Indictione octavâ, die verò xiii. mensis Januarii; Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Clementis Divinâ Providentiâ Papae XI. Anno decimoquinto.

Antonius Sabainus Locumtenens, & Judex Deputatus.

Paulus Fatius Curia Caesarum Camera Apostolica Notarius.

Die 5. Aprilis 1715, Elapsis terminis in antedicto Monitorio praefixis, aliisque servatis de stylo Curiae servari solitis, lata, & publicata fuit contra omnes citatos Contumaces Sententia declaratoria incursum in omnes, & singulas censuras, ac penas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & consuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Schedula Cedoloni nuncupata, qua universis Christianidelibus denunciati fuerunt Excommunicati vitandi, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica Sepultura ii omnes, & singuli, contra quos praefata Sententia lata fuit.

## MONITORIUM

Die 13. Octobris 1715. vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra plures variorum Ordinum Regulares, & alios Reos violationis Ecclesiasticae Interdicti Civitatibus, & Diocesis Caranien. & Agrigentini. appositum ob violentam illarum Episcoporum ejectionem è Regno Siciliae.

Nicolaus Archiepiscopus Thebarum, Pontificii Solii Assistent, Curia Caesarum Camera Apostolica Generalis Auditor, Romanae Curiae Judex ordinarius; Sententiarum quoque, ac Censurarum tam in eadem Romana Curia, quam extrâ cam laterarum, ac Littrarum Apostolicarum quaecumque universalis, ac merus Exequutor, nec non Judex à Sanctissimo Domino Nostro Papa in infra scripta Causa per speciale Chirographum Deputatus, ac Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Theaurariis, Sacristis, Parochialibus, & Collegatarum Ecclesiarum Rectoribus, seu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, ceterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos praesentes nostrae literae pervenerint, seu quomodolibet praesentabuntur, salutem in Domino.

§. 1. Noveritis, quod hac infra scripta die comparuit coram nobis Perillustis, & Excellentissimus Dominus Nicolaus Jacobatus Sanctissimi Domini Nostri Papae, ejusque Reverendae Camerae Apostolicae Generalis Procurator Fiscalis, & exposuit Laicalem Potestatem in Regno Siciliae, ejusque, & assertae Monarchiae Siciliae Ministros ad evitendam Ecclesiasticae Interdicti observantiam de ordine ejusdem Sanctissimi Domini Nostri appositum in Civitatibus Caranien. & Agrigentina, earumque Diocesis ob sacrilegam illarum Episcoporum ejectionem è suis Sedibus, ac Regno praedicto, non solum usos fuisse operâ Laicorum, & Ecclesiasticorum Saecularium ad hac delegatorum, & subdelegatorum: verum etiam cum maximo Christianidelum scandalo ad has sacrilegas lationes perpetrandas adhibuisse operam Ecclesiasticorum Regularium diversorum Ordinum, & Institutuum ab ipsâ Laicali Potestate, sive à praetense Tribunali ejusdem Monarchiae deputatorum, quorum mox facienda erit mentio ratione attentatorum ab eis in utraque Diocesi commissorum, contra quos proinde nunc instat; & cum sub hac eadem die se junctis expositionibus postulaverit contra plures Laicos, & Ecclesiasticos Saeculares, qui similia patraverunt in Civitatibus, ac Diocesis praedictis, se modò ad aliquos Regulares restringendo enarrat.

§. 2. Primò, quòd licet Frater Salvator à Naro Sacerdos expressè Professus Provinciae Panormitanae Ordinis Capuccinorum monitis Superiorum sui Ordinis humiliter obtemperare, aliorumque Provinciae, & Ordinis hujusmodi Religiosorum, qui Interdictum in Civitate, & Diocesi Agrigentina appositum cum maximâ fidelium aedificatione exactè aded, & inconcussè observarunt, ut carceres, exilia, aliasque penas sibi à Saeculari Potestate inflictas cum perenni eorum fidei, ac constantiae laude ponius perpeti, quam ipsum Interdictum ullo modo violare elegerint, praclarum exemplum imitari debuisset; nihilominus salutis aeternae immemor, nedum publicè Missam celebrare, & idem Interdictum violare

VIII.

Narratur de tentata Laicali potestate contra Interdictum appositum Civitatibus Caranien. & Agrigentina.

Fr. Salvatoris à Naro Ordinis Capuccinorum flagitia, & sacrilega attentata in contemptum Interdicti Ecclesiastici.

te-